



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

16 Aprilis. 16 Kal. Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

362 ANNI CÆLESTIS

tuo clienti, mortem, centum quinqua-
ginta diebus antè, prædixisti, quos il-
lum summâ in asperitate duxit: eidemque
cùm os aperire, pro sumendo viatico
non posset; tu linguam tuis manibus
tigisti, eique sensum restituisti. Tangi
linguam meam, & cor meum; ut Eu-
lium tuum, cùm semper, tûm vero
in extremo vita, ita, ut decet, reci-
piam!

16 Aprilis. 16 Kal. Maii.

Beate Joachime, qui ardenti-
simâ Dei, & proximi charitat-
accensus, horrendum epilepti-
morbum à quodam epileptico in te-
transferri impetrâsti, epileptico-
rum omnium patronus: cuius ca-
put in choro visum est cælesti
Splendore accensum: qui absu-
à vermibus, ut plus patereris, petui-
sti; & ipso Christi morientis die, ad
illa Passionis lecta verba: Inclina-
capite tradidit spiritum; spiritum
tuum spiritui Iesu comitem addi-
disti. Ora pro me, ut eâ erga omnes
charitate sim, quam à me postula-
charissimus Deus meus. Sicut enim
qui non diligit, manet in morte; ita
is nunquam malâ morte finietur,
qui libenter opera charitatis exer-
cuit.

TIS
quinq
i, quos il
eidemque
do viatit
ianibus ut
sti. Tang
m; ut Fr
tum ver
cet, rec
Aaji.
ardentis.
charitate
epilepti
tico in it
ileptico-
cujus ca
cælesti
i absum
is, petiti
is die, ad
Inclinati
spiritum
em addi
a omnes
postular
cut enim
uorte; ita
inietur,
is exer-
cuit.

XVI APRILIS.

363

cuit. Ora ergo, ut illa libenter exerceam ; & sic me vivum possideat charitas , sanctæ morti me paret charitas, Deo Judici , qui charitas est, me sifstat charitas. Amen.

Sancti Calliste , & Charisi , aliisque septem MM. mari mersi.

Sancti Optate, Luperce, Successe, Martialis, Urbane, Julia, Quinctiliane, Publi, Fronto, Felix, Cæciliane, Eventi, Primitive, Apodemii, & alii quatuor socii MM.

S. Encratis Virgo Martyr, quæ laniato corpore , lacerato pectore, avulso jecore , adhuc superstes , in carcere inclusa es, donec ulceratum corpus putresceret.

Sancti Cai, & Clementi, MM.

S. Lamberte M. qui abscissum tuum caput ad aliorum MM. sepulchra ferens, dixisti : *Exultabunt Sancti in gloriâ* ; & illi tibi respondebunt: *Latabuntur in cubilibus suis*.

S. Turibi Episc. miraculis , & hæresi profligata clare.

S. Fructuose Episc.

S. Drogo Conf.

S. Paterne Episc. coram quo impudens mulier divinitus in corpore horrendè punita est : qui miraculis, visisque cælestibus magnus , dæmones tuo adventu fugasti; cæcos,

Y 2

mutos

364 ANNI CÆLESTIS
mutos curâsti ; oratione & baculo
è terrâ siccâ fontem elicuisti ; San-
tos Melanium , Lucianum , & Be-
orem Episcopos, vitâ jam functos,
coram spectâsti ; tandem eâdem
cum Scubilione , fratre tuo, horâ
Deo animam reddidisti.

Beate Guilielme, impudicæ fa-
minæ gloriose victor ; at, specie il-
lius animo assidue obversante, pro-
pemodum victæ, nisi te in eremo
retinuissest Deus, ostensis belluis,
variè tibi minantibus, posteâ etiam
æthiopes dæmones, at ligatos, &
ad sæculum invitantes, vidiisti, &
oratione, atque Cruce vicisti. de-
mum te Angeli recreârunt, gen-
mis, mirisque stolis illustres. on-
pro me, ut benè orem, ac vincam.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 320.

S. MARIA, qua hodiernum B. Jo-
achimum Senensem, ut se tuus ser-
vus adjungeret, monuisti. Fac, ut sim ser-
vus tuus fidelis, & prudens, ac tibi
usqueaque obediens !

S. MARIA, qua oranti hodiernotus
B. Guilielmo, regio in cultu, celesti
majestate admirabilis, apparuisti, &
ut sacram tibi Ædem extrueret, im-
perâsti. Sis tu Regina cordis mei: fac, ut
sim templum sanctum tuum !

17 Aprilis.